



**Nestoris Nouariensis vocabula suis locis: &
s[e]c[un]d[u]m Alphabeti ordinem collocata ...**

Nestor, Dionysius

[Straßburg], 1507

VD16 VD16 ZV 4606

C ante OC

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98842](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98842)

Cleopater cū c & t exilibus scribit̃. & facit in grō tris. v. l. tri: sicut Antipater huius antipatris: vñ antipatri. propriū fuit viri nomen. Cleopatra eadem scriptura: p̃p̃riū fuit mulieris nomē: ab Antonio amatae. & corripit naturaliter pa syl. Petrus Rigia in lib. Machabeorū. Quē iā Cleopatra la serat intus amor.

Cleopatra. Requi. in dictione Cleopater. Cliens huius clientis cū c exili & i latino scribit̃: & cois ge. est: comperit tñ scē. ge. clienta: quod Plautus ipse vsurpauit.

Clienta. Require in dictione Cliens.

Clingo. Require in dictione Cingo.

Clypea. Requi. in dīo. Clypeus Clypeū. Ibidē Clypeus mascu. ge. & clypeū neu. declinari pōt: testibz Capro & Ser. sup li. ix. xnei. dicēte Vir. lib. ix. Et clypeū sup intonat ingēs: & cū c exili: & y græco scribit̃. Neq; a depo depis descēdit: vt Vgu. somniauit: sed nec a duo cluis: vt non nulli grāmatici voluerūt. sed teste Plin. li. xxxv natu. hist. a γ λυ φ ω verbo: qd̃ est sculpo de: nuat: ita vt dicat clydeus: quasi λ λ υ π τ ο σ: hoc ē sculptus. g in c mutato. Verba Plinij hęc sunt. Scutis em qualibz apud Troiā pugnatū ē cōtinebāt imagines: vñ & nomē habuerūt clypeorū: nō vt puerla grāmaticorū subtilitas voluit a cluendo deduci. Hęc ille. Clypea vrbs est Aphrica: teste Ptole. Luca. lib. iij. Et clypeā tenuit stationis littora notā.

Clyster huius clysteris mascu. gen. & clysterium neu. declinari pōt: & cū c & t exilibus & y græco scribit̃: & a κ λ υ σ ω: qd̃ ē lauo derivat. Nā clystere aluū ægrotātiū lauare siue repurgare medici cōsueuerūt. & pducit clyster sie syllā. in obliquis: sicut crater: quia apud græcos cū κ in secūda syllaba κ λ ι σ τ η ρ scribit̃: & κ ρ α τ η ρ quæ apud illos pducta est. Macer tñ de viribz hær. sie syl. p̃p̃ter naturā corripuit: quom ait. Appositis digitis: aut intus clystere sulsus. Et iterum. Hoc vnguen: vel clysterio si fundit̃ intus.

Clysterium. Require in dictione Clyster.

Cliuus qñ cōponit̃ secūda & tertia declina. est: vt accluis: decliuus: pcliuus. Sili quoq; mō se: cūda & tertia decli. declinari pōt: acclinis: reclinis: pclinis. Hoc aut̃ distat inter accliuū & acclinū: q; accliuē in ascensu inclinātū dicit̃: accline ꝑo in descensu. Ambrosius sup Aegisippū. Ciuitas p̃rupta vndiq; ppe erat interclina rupibz. Quare in sequētia: quæ in missa p̃ defunctis legit̃: ira dici debet: Oro suplex & acclinis: nō aut̃ accliuus: vt indocti legunt. Cor contritū: quasi cinis: Gere curam mei finis.

Clostrum. Require in dictione Castrum.

Cludo. Require in dictione Claudio.

Clunis mascu. & scē. ge. est: teste Priscia. Plaurus quasi lupus ab æmis valeo: clunes inflatos ge-

ro. Iuuen. Tremulo descendit clunæ puellæ. Hora. ser. ij. Q. pulchræ clunes. breue q; caput ardua ceruix.

C ante N

Cnosus cum c exili scribit̃: vrbs fuit Cretæ: teste Ptole. quæ a nōnullis pro Gnosus. p̃p̃ter consonantū ipsam litterarū cū g Gnosus scribit̃.

C ante OC

Coccinus Require in dicti. Coccus.

Coccinum. Ibidem

Coccineus. Ibidem.

Coccus cū duplicato c: & coccinū in vno scato accipi pñt. Hora. serm. xvi. In locuplete domo vestigia rubro vbi cocco. Hiero. in lib. ij. regū cap. i. Filia israel sup Saul flete: q; vestiebat vos cocchino in delictis. i. purpura. Nā KoKo σ græ celatine granū dicit̃. Vñ coccinus & coccineus grano (vt dicunt) infectus. Iuue. sary. iij. Atq; mero feruēs cauet hūc quē coccyra lana. Martia. Coccyra famose donas & ianthina mech Hiero. in canticis. ca. iij. Sicut vidia coccina: la bia tua. Cocus cū vnico c scribit̃: quom primā corripit. Martia. Qui p̃p̃ter cenā rustice cado cocū. Sunt tñ qui cū q; coquus scriptitant. Nā & a coquo coquis derivat. Coculū etiā cū vnico c vas est ænē: cōtentionibus aptū. Plau. Aeneis coculis excocta est mihi omis materia. Hoc & p̃p̃quale: vñ p̃ apocope coquular vocat̃. Alij (vt scribit Pompe.) cocula dicit̃ esse ligna minuta: quibus facile decoquant̃ obsonia. Cocytus cū c exili vtrobiq; & y græco & nō aspirato scribit̃: & si Gasparinus cū geminato c. hac videlicet scriptura cocytus scribendū tra d̃t: fluuius est infernalis. & pducit mediā. Vir gi. lib. xnei. vi. Cocytusq; sinu labēs circūuenit atro. Cocytus etiā eadē litteratura: olim Lucrinus campaniæ lacus vocabat̃. Syll. in. xi. Ast hic Lucrino mansisse vocabula quondā Cocytii memorant. Cocyto cum c exili vtrobiq; & y græco: ceres olim cognominata fuit: cuius prima syllā. a Iuue. correpta ponit̃: quom ait sary ra. ij. Cecropiā iussu bap̃ræ lassare cocyto. Cocyto igit̃ a cocyto infernorū fluuiū dicta est: vt quidā volūt. Alij a loco: vbi p̃cipue dea coleret̃. Qd̃ innuere videt̃ Virgi. in priapea dinumerans loca: in quibus varia numina colerent̃. Aut̃ em. Raptam cocytos ostreosa diuam: Vbi pro loco in qua dea colitur: scēminini generis cocytos est. Hęc scripsere Domitius: Georgius Merula: & Sabinus. Verum vt ego a Georgio Valla: viro nostræ ætatis eruditissimo accepit̃: & in vetustissimo Iuuenalis codice: penes eū dē Georgiū existēte: p̃p̃rijs oculis cōspexi: Corito scriptū est: non Cocyto. cui & astipulai Preb: Iuue. interpret̃ hęc iniquiens. Eupolis priscus apud græcos comicus: comœdiā scripsit: cuius

iudex fuit Baptes: in qua impudici describebant
Ibi cotylo meretrix improbat: & multitudo iu
uentu passim ad eā cōfluētiū venustate mulieris
seducta. et qm mltis facibz noctu illā petebāt: et
ab atheniēsi bz cereris sacra noctu fiebāt: idē Iuue.
q illa impudicissima apd romanos celebratē
dixit. Talia secreta coluerūt orgia rēda. Cecro
piā iussi baptē lassire cotyto. Et hēc chaudiu
bium vera est Iuuenalis interpretatio.

Cocytos. Require in dicti. Cocytus
Cochon. Requirit in dicti. Ceton. Cochona. Ibidē
Cochlea. Requirit in dicti. Cochla. Cochla. Ibidē
Cochliar. Ibidem. Cochliare. Ibidem
Cochliarium. Ibidem Cochliarius. Ibidem.
Coculi. Requirit in dicti. Cocus. Cocus. Ibidē
Coda. Require in dictione Cauda.

C ante OL

Colaphum. Requirit in dictione Colaphus.
Colaphus maf. gñe: & colaphū (vt qdā volūt)
neu. declinari pōr. nec cū duplicato l scribit: vt
scribi praecepit Gasparinus: sed potius cū vnico:
quom primā corripit. Nec ab eo q est collū
descēdit: vt cū Catholico Vgu. somniauit. Qui
nec ab eo qui est colaphus: colapho verbum
format: vt Gasparinus ipse tradidit: sed potius
a Κολάφις: qd est alapa incurtio: colaphus
deriuat. Teren. Plus quingētos colaphos infre
git mihi. Sedul. Et colaphis pulsare caput: v
cēdere palmis. Iuue. Nos colaphū incurimus
lambenti crustula seruo. Colaphū itē locū dī.
Coleus cū vnico l scribit: quom primā corripit.
Home. Iliados. i. ΕΛΚΕΤΟ ΔΙΕΚΚΟ ΛΕΟΙΟ
ΜΕΥΑΙΦΟΣ ΚΑΛΟΣ ΔΙΣΘΩΡ. Nonnunq in
græci mutato o in u dicit ΚΟΥ ΛΕΟΣ: & tunc
prima apud illos syl. producit: ea sē rōne quā
sup regulā L curtā facit o: libro vltimo clarius
edocebimus. Qd etiā obseruauit Home. libro
Iliados præfatio: quom dixit: αψίλεσ ΚΟΥ
ΛΕΟΥ ΑΣΕΜΕΣ ΥΠΕΙΦΟΣ ΟΥΔΑΨΙ ΘΙΣΕ
Hunc imitatus est Iuue. dicens. Cuius supplicio
nō debuit vna parari Simia: nec serpens vnus:
nec culeus vnus. Simili mō ptulit Vir. quom
in priapea ait: Et qd nos culū. culeo ille vocat.
Scribit coleus vel culeus cū vnico l. & si Gaspa
rinus & Tortellius cū duplicato l scribi præci
pant. Nec a claudio. dis descēdit: vt cū Catholi
co Vgu. somniauit. Et apud nos vagina trans
feri. Sed & p testiculis coleos & culeos dicim⁹
Marta. Cū depilatos chreste culeos portas. S
apud Iuue. p quodā vtire: in quo scelestissimi
claudēbant cū simia serpente & gallo accipit: q
nihilominus & vagina dici poterat. Et format
culeus p diminutionē culeolus: qui etiā & culu
lus: teste Acrone sup artē poeticā Horati. Po
nit aūr culullus p quodā poculo fictili. Hora.
arte. Reges dicunt multa vrgere culullis. hoc

culeolū etiā a culeo diminutiū esse videt. Vñ
Festus ai. Culeola cortices nucū viridiū sunt:
dicta similitudine culeorū: quibz vini siue olei
cōtineat. Hęc scēmi. gñe Vgu. culeolas appellat
Hā & a culeo hęc culeola scēmi. gñe Vgu. ipse
p diminutionē formari tradit.

Collis p montoriū siue monticulus: a colo collis
deriuat: teste Varrone in hęc verba dicere. Qd
primū ex agro fructus capiebāt: campus dict⁹
est: posteaq supiora loca colere cōperūt: a colē
do colles appellatū. Hęc ille. Verū quia colo
primā corripit: collis p o illā pducit metri grā
a poetis aliud interpositū est. Nec venit a collū
vt Vgutio somniat. Hic caulis & collis in vno
scato omnibz noto (teste Ser.) efferri pōr: dicte
etiā Hora. ser. xiiij. Colle suburbano: qui siccis
creuit i agris. Nōnunq & p vitis robore (teste
Nonio) caulis ponit: vt est apud Vir. ænei. xij.
Puberibz caulē folijs. Colus cū vnico l quartā
& secundā declin. est: teste Priscia. & tā mascu. q
scēmi. gñis est: vt Caper testat & Proby: penlū
dicti. Qui. li. meta. iij. Et colus & fusus digitis
ecidere remissis. Coli est vrbs i india: teste Pro
lemæo. Collū cū vnico l genus est puncti: qd sit
qñ clausula pfecta est: sic. Collū item cū vnico l
vas est vinariū: de quo Vir. Cola:q prelorū su
molis deride rectis: & a colo. las descēdit: Col
lum autē in alio scato cū duplicato l scribit: &
etiā collū cū duplicato l tormenti genus: quod
teste Festo: eūā mascu. gñe hic collus veteres p
tulerūt. Colla cū l geminato græcū est vocabu
lū: & gluten dī. Colla item vrbs est Syriæ: teste
Ptolemæo.

Coli. Requirit in dicti. Collis Colla. Ibidem

Collum. Ibidem. Collus. Ibidem.

Colobitū cū c exili & vnico l & i latino scribitur
nec ab eo q est collū descēdit: vt Vgu. somnia
uit: sed a Κόλοβω verbo: quod ē breuius for
mat: auctore Seruio. Genus est vestis.

Colocynta cū c & t exilibz & vnico l & y græco
scribit: agrestis est cucurbita: teste Dioscoride:
quæ & colocyntis hui⁹ tidos (vt Isidorus tra
dit & Papias) declinat: q etiā declinatiōe vsus ē
Hieronymus. in iij lib. Re. ca. v. quom dixit. Et colle
git ex ea colocyntidas agri: q græcus accūs plis
est. Vgu. autē dicit posse declinari: hęc colocyn
tida hui⁹ tidæ. qd si verū est: ab accō græco Κό
λοκύντις formari i recto colocyntida op
ret. Sūt itaq vertētes cin q & y græcū in u nēm
insup & i lram iterponētes: Colocynta enūciat.

Colocyntida. Requirit in dicti. Colocynta.

Colocyntis. Ibidem.

Coloquinta. Ibidem.

Color & colos in recto (teste Seruio sup georg.
dici potest.

Colo colis tertiæ coniuga. primā corripit syllā.